

D. Chryf.

peccaverant, rigida, ac austera fame, ac siccitate puniuntur, ad hanc rationem me adduxit D. Chrysol. hom. 2. de Elia, & ait: Cum Elia Propheeta sanctissimus populum prevaricatum aspiceret, cumque Baal, & lucos despecto Domino coli a sacrilegis prouideret, cumque creatore despecto figmentis sese & nemoribus omnis populus addixisset; zelo Dei commotus, Iudam terram siccitatis sententia pluviarum sterilitate addixit.

19.

Terium donum Elie seu prerogativa. Elementis dominatur, in eisque suum dominium exercet. Redeat iterum proxime citatus Divus Chrysolom. Cum Elia dixit nec erit ros, nec pluvia. Sic ait Sanctus Doctot: Tunc subito anhelat terra, nubes caelorum stant omnes, fontes ardescunt, omnis humor ima petit, supera d' serit, aer feruet, serenitas torquet, tranquillitas poena est, aestuant noctes, dies ardescunt, sacra torrentur, arbuta egrotant, &c. iram Dei uniuersa creatura testatur. Ad verbum Elia terra cum suis ardescuntibus fontibus conturbatur, eamque omnis humor deserit, & ad ima descendit. Aer fit calidus, ac fervens, non ad refrigerium, sed ad poenam inserviens ac suo nimio calore cuncta devorans, ac consumens ac ejus verbum aqua clauduntur in caelo, ad ejus tactum dividuntur in terra, 4. Reg. 2. num. 8. Ad ejus vocem ignis de caelo descendit; ait Ecclesiasticus 48. num. 3. Dejecit de caelo ignem ter: Non dicitur deduxit de caelo ignem, seu fecit descendere in terram ut scribitur de Antichristo, Apoc. 13. at de Elia refertur: Dejecit de caelo ignem ter. Ac si ipse in caelo potestate existens ab ipso caelo ignem in terram projiceret ac emitteret: & curtu igneo de terra in caelum transfertur.

4. Reg. 2. Eccl. Apoc. 13.

20.

Quartum Elie donum seu prerogativa. Obsequio, ac pane Angelico nobilitatur. Cum Elia esset apud Torrentem Carith, Corvi quoque deferebant ei panem, & carnes, 3. Reg. 17. num. 6. Aliqui apud Gaspar. Sanchez ibi existimant fuisse Angelos sub specie corvorum; imò quod ibi intervenit ministerium Angelorum, tenet Abulensis quest. 16. sicut quando Elia ascendit in caelum, adveniunt. Ecce currus igneus, & equi ignei, 4. Reg. cap. 2. n. 11. Quod totum ministerio Angelorum factum sub specie curru, & equorum, ut tenent Abulens. ibid. quest. 17. Suarez & alii. Cum ad denuntiandam mortem Regi Ochoziae procedit Elia Angelico sermone corroboratus, ac tanquam stipatus incedit, 4. Reg. 1. num. 15. sub junipero dormiens ab Angelo excitatur: Et comedit panem, & ambulavit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus, & quadraginta noctibus usque ad montem Horeb, 3. Reg. 19. n. 8. Quo pane non solum ejus vires corroboratae sunt per quadraginta dies, sed per plures alios, & non paucos, quibus mansit in spelunca, ut tenet Gaspar. Sanchez ibid. num. 17. qui panis, ut tenent D. August. li. 2. de mirabilibus sacrae Scripturae lib. 2. cap. 19. Carthusian. Hugo, & alii, formatus est manibus Angelorum, sicut & Manna, de quo dicitur: Panem Angelorum manducabit homo, Psalm. 77. num. 25. Mirabilior tamen extitit panis Elia, nato Manna tantum alimentabat per unum diem; ita ut necesse fuisset quotidie illud comedere. At panis Elia per quadraginta dies, & plures cor-

Sanchez. D. August. Carthusian. Hugo.

Psal. 77.

roboravit vires Manna ita fovebat vires, ut necessaria esset quies, & somnus nocturnus; at panis Elia sic corroborat, ut sine quiete ac somno continuè ambulet, ut habet Abulens. quest. 7. Manna preparabat ad ingressum terrae promissionis, panis Elia datus, preparat ad Dei visionem in monte Horeb.

Abulens.

Notat obiter, quod Elia comedit, & bibit & tamen solum dicitur, quod ambulavit in fortitudine cibi illius, non verò potus, quia cibus est qui corroborat vires, & alit; non verò aqua potus. Moraliter expendit Textum. Angelus dixit: Surge, comede; & pexis, & ecce ad caput suum subinerit panis, & vas aquae. Angelus tantum praecipit, ut comederet: Surge & comede. Ipse autem ex proprio affectu, ac appetitu bibit, & mirabilia, ac miracula operatur, non quae ex proprio affectu, sed ex obedientia, ac superioris mandato fiunt. Angelus praecipit, ut comederet, & dum implet praecipitum Angeli, mirabiliter ambulat in fortitudine cibi illius.

21.

3. Reg. 19.

Quintum Elie donum seu prerogativa extitit, quod ipse inter homines mortales esset primus mortuorum suscitator, quod narratur 3. Reg. 17. num. 11. Expandit se, & mensus est super puerum tribus vicibus, & clamavit ad Dominum, & ait Domine Deus meus revertatur, obsecro anima pueri hujus in viscera ejus, & exaudivit Dominus vocem Elia, & reversa est anima pueri intra eum, & revixit: Expandit se ex Hebræo legitur, se ipsum admensus est; ut Praelatus suos valeat vivificare, debet se ipsum cum illis proportionare, atque cum eorum parvitate adaptare; tribus vicibus in figuram sanctissimae Trinitatis, inquit Lyranus, Carthusianus, vel ut innuere, quod in oratione semper instandum sit. Expandit se Inquit Abulensis, ut suo calore corpus, de Septuag. mortuum pueri calefaceret. Septuaginta legunt: Et insufflavit puerulo. At si ex suo calore, ac spiritu vellet adinere, ac auferre, ut puero communicaret, ac in illum transfertet. Expandit se: ut contactu sui corporis cadaver pueri Deo commendaret. Serarius ait corpora sanctorum non tantum viva sunt, sed etiam vivifica, ut ita contactu corporis puer revivisceret. Resurrectio mortuorum inter caetera primum, & maximum miraculum reputatur, tam pura, & sancta erat caro, & corpus Elia, ut supremum, & maximum miraculum ei primum inter omnes concederetur, ut suo tactu primum hominem excitaret à mortuis.

22.

Quintum donum.

3. Reg. 17.

Lyran.

Carthul.

Abulens.

Septuag.

Serari.

Sextum Elie donum seu prerogativa extitit ut in nubecula parva videret Sacratissimam Virginem Mariam in sua pura, & immacolata conceptione, ac etiam vestigium Sacratissimae humanitatis Christi D. de quo plura dicam quest. sequenti, vide ibi dicta.

23.

Sextum donum Elia.

Septimum Elie donum seu prerogativa quod in monte Horeb, divina visione est recreatus, eumque in illo staret: Et ait ei: (Angelus ut Dei vicarius) egredere & stat in monte coram Domino: & ecce Dominus transiit, & spiritus grandis, fortis subvertens montes, & conterens petras ante Dominum, non in spiritu Dominus, & post spiritum commotio: non in commotione Dominus, & post commotionem ignis, & post ignem sibilus aure tenuis, 3. Reg. 19. n. 11.

24.

Septimum Elia donum.

Sibilus

Hebraeus. Septuaginta. Tertullianus.

Sibilus: legit Hebraeus, vox tacita. Septuaginta addunt, Ibi Dominus. Tertullian. lib. 4. contra Marcion. cap. 23. legit: vox spiritus mitis finis, ac scopus hujus visionis, ut notant communiter interpretes, fuit ut Eliam morderet, tædio, ac dolore confectum ob peccata populi consolaretur, ac ut Elia zelum, ac meritum remuneraret, & primo ejus oculis offerret ventus validus subvertens montes, ac conterens petras, mox ingens terra commotio ac motus, tandem ignis ardens, & flagrans, ut ait Cornelius, ut Deus se omnium elementorum Dominum ostenderet. Tandem sibilus aure tenuis, ut innuere Deus se maxime complacere, ac delectari in lenitate, mansuetudine. Ita Tertullian. D. Irenæus, Divus Chrysolom, D. Gregor. Macharius, ac Theodoretus.

Irenæus. Chrysol. Gregor. Machar. Theodoret.

25.

Abulens. Exod. 33.

Maximè in rem nostram. Apparet Deus Moyfi, & Elia, magno tamen cum discrimine, Elia existenti in spelunca dicitur ei: egredere, & sta coram Domino. At Moyfi, ut notat Abulens. q. 17. dicitur, quod sit abscondendus in foramine petrae. Exod. 33. num. 22. Moyses saepe saepius rogat, & instanter orat: Ostende mihi faciem tuam. Citato Exod. 33. num. 13. & num. 18. Elia nec orat, nec rogat, & tanta gratia, ac indulgentia donatur; Moyses rogabat amicitia confidentia & quia multam gratiam se invenisse apud Deum, sciebat, inde dicebat: Si inveni gratiam in oculis tuis. Elia nec petit, nec rogat, quia tanta benignitate se reputat indignum, & inde cum Dominus transiret: Operuit vultum suum pallio. Carthusianus, Hugo. His signis ostendens reverentiam in eum, quasi indignum tan a visione, dignus inventum est. Moyses vocibus, ac orationibus impetrat; Elia verò tacitè, sine voce, ac oratione ejus merita loquuntur, ac clamant, & petunt tantum donum, ut dicat D. Basilus homil. de jejunio ante medium: Meruit quantum fas homini Deum videre.

Carthusian. Hugo.

D. Basil.

26.

Oscarum. Elia donum.

Octavum Elie donum; ejus eximius zelus honoris divini cum ex Dei mandato egredere Elia de spelunca: Ecce sermo Domini ad eum, dixitque illi: quid hic agis. Elia? At ille respondit: Zelo Zelatus sum pro Domino Deo exercituum: quia dereliquerunt pactum tuum filii Israel, altaria tua destruxerunt: prophetas tuos occiderunt gladio, derelictus sum ego solus, & quaerunt animam meam, ut auferant eam. 3. Reg. 19. num. 13. Bis interrogatur à Domino, quid hic agis Elia, ut notat Abulens. q. 20. Ita enim ipse erat humilis, ac Domino subiectus, qui nisi interrogaretur, minime responderet ac diceret.

3. Reg. 19.

Abulens.

27.

D. Thom.

Zelo zelatus sum. Zelus est actus elicitus à charitate, & ut definit D. Thomas 1. 2. q. 28. a. 1. q. 2. de veritate q. 26. art. 4. circa finem. Est affectus intensus non patiens consortium in re amata. Et phrasi repetita in scriptura, indicat actum vehementem, & maxime intantum, ut in presenti zelo zelatus, qui actus fuit intensissimus in Elia, & inde per antonomasiam ipse dicitur zelotes, quia zelus extitit in eo praeclarissimus; nam cum omnes virtutes in gradu perfectissimo resplenderent in Elia, obedientia, virginitas pan-

Sylveira Opuscula.

petras, humilitas: tamen ob zelum transferretur in caelum. Elia dum zelat zelum legis rapit est in caelum 1. Machab. 2. num. 58. Quisnam fuit zelus iste Elia, quo promeruit, ut pomposo ac magnifico apparatu, curtu igneo ac equis transferretur in caelum? D. Thomas Machab. 2. Thom. citata quest. 28. art. 4. ait: Quod ea, quae sunt contra hominem Dei, secundum posse repellere conatur. Quia Elia omnibus vicibus, omni modo, omni industria, ac diligentia secundum posse repellere conatur. Quod manifestè ostendit, nam post peractum illud admirabile sacrificium, in quod ignis de caelo descendit, dixit ad univèrsam populum: Apprehendite Prophetas Baal, & ne unus quidem effugiat ex eis 3. Reg. 18. num. 49. Praecipit, Ne unus quidem effugiat ex eis: Ne malum idololatriae serperet, & aliquid illius fomentum remaneret. Unde Leo X. Summus Pontifex in suis Bullis, quae circumferuntur in Diccatorio inquisitorum, cum proponit in exemplum Archiepiscopis, Episcopis, Inquisitoribus, ut illius exemplo informetur haereticos extirpare, ita non permittant aliquam illarum scintillam permanere. De hoc magno Elia zelo vide quae dixi tom. 3. in Evangel. cap. 31. quest. 13. n. 90. 91. 92.

1. Machab. 2.

D. Thom.

3. Reg. 18.

Leo X.

28.

Derelictus sum ego solus; & tamen adhuc erant septem millia virorum, quorum genua non sunt curvata ante Baal. 3. Reg. 19. n. 18. Hoc verum erat in occulto per speluncas montium, ac per cavernas terrae 3. Reg. 12. c. 18. n. 13. At in publico, & manifesto ore ad os, ac in faciem contra Achab, Jezabel, ac Baalitis, unus Elia, sicut & in fine mundi dicitur: Tunc qui in Judea, scilicet Ecclesia, sunt, fugiant in montes, Matth. 24. num. 16. Matth. 24. Elia tunc per aperta, & publica loca praedicabit, & clamabit contra Antichristum, cum alii fugiunt, & deserunt, ac se abscondunt. Tunc Elia in publicum prodit pro Dei honore zelans, & clamans, pro quo dedi magnam ponderationem citato tom. 1. c. 3. q. 15. n. 96. 97. Et quaerunt animam meam. Non erat Propheeta sollicitus de sua vita, qui petiit animam suam ut moreretur. Sed hoc dixit ex sua summa charitate erga Deam, & populum, quia ut notat Cornelius à lapide, timebat quod ipse occiso nullas superesse Propheeta, nullaque zelator, qui Dei cultum propugnaret, ac populum in via veritatis instruat, & Baalitis se opponat, sed tunc impia Jezabel omnia occupabit, ut Baal oblique cultus deferatur, & vera Dei religio peribit, cum non sit, qui pro ea pugnet.

3. Reg. 12.

Matth. 24.

Concl.

Nonum Elie donum seu prerogativa, ejus eximia fortitudo, qua Reges, ac potentes saeculi ob idololatriam, ac scelera sua morte multavit, ut refert Ecclesiasticus 48. n. 6. de Eccles. 48. Elia ait: Qui dejecisti Reges ad perniciem, & confregisti facile potentiam ipsorum, & gloriosos de lectulo suo. Graecos, ac Complutensis: Graecus. Qui deduxisti reges ad perditionem, Variablis. Qui deduxeris reges ad interitum, & de sede sua gloriosos, eorumque potentiam infringeris, Syriacus. Desiciens honorabiles de thronis suis, Arabicus. Qui gigantes e sedibus suis everisti. Reges sunt gigantes terra. Quatuor Regibus Elia, mortem miseramam denuntiavit.

29.

Nonum Elia donum.

48.

Graecus.

Variablis.

Syriacus.

Arabicus.

Primus fuit Achab, cum sua impia uxore Jezabel

30.

Pp Jezabel



Jezebel, utriusque Elias mortem praedixit, & comminatus est: nam cum ob occisum Naboth, descenderet Achab ad occupandam vineam illius ex mandato, ac ore Dei occurreret Elias ei, ac toti ejus familiae fulminerent sententiam mortis: Interficiam de Achab minguentem ad parietem, id est, omnes usque ad Canem

3. Reg. 21.

31.

3. Reg. 22.

32.

4. Reg. 9.

33.

2. Par. 21.

34.

Ecclesi. 48.

arrard. Malveda. Tornicelli.

35.

10. Donum.

4. Reg. 2.

Elia modestia ac humilitas.

36.

ut est communis sententia. Ita Abulensis in Abulen. Lyran. Carthus. Sanchez. Cornel. 4. Reg. quest. 13. & etiam in 4. Reg. q. 2. Lyran. Carthus. Sanchez. Cornel. d. 139. & hoc aperte, ac clare patet ex Text. 4. Reg. c. 2. Dixit Elias ad Eliseum, Dominus misit me usque in Bethel. & cumque descendissent Ber. el. egressi sunt filii Prophetarum, qui erant in Bethel. Ibidem num. 3. & iterum dixit Elias ad Eliseum: Dominus misit me in Jericho, cumque venissent Jericho, accesserunt filii Prophetarum, qui erant in Jericho. Ibidem num. 5. ergo in Bethel, seu Jericho erant habitacula, seu Collegia filiorum Prophetarum, qui erant viri incliti, ac illustres virtute, ita ut ex divina gratia cognoscerent raptum Elia, & sic dixerunt Elia: Numquid nosti, quia Dominus hodie tollet Dominum tuum a te. Ibid. n. 5. De his filiis Prophetarum testatur Cornel. ad Lapide. 3. Reg. 17. ad illa verba Theobites, & Virgines sic ait: Virgines quoque, vel Calibei, fuisse Eliseum, ceterosque Elia discipulos, non est dubium quin & ex ipsis plures pro vera Dei Religione a Jezebel occisos martyris laurcam adeptos esse satis liquet ex 3. Reg. c. 18. n. 12.

Hos ante suum raptum visitat Sanctus Patrens Elias, cuique dat suam benedictionem, magnaque hortamenta, ac documenta, ad fidem, religio nem, ac zelum Dei, quae laudissime & ample refert Jacobus, Salian. ad annus Mundi 3139. & deinceps la salare. Undecimum donum Elia, seu prerogativa. Qui facis Prophetas successores post te. Ait Ecclesiast. 48. nam. 8. Variablis verit; & Prophetas in ceteris tibi successores. Quod communiter, quamvis intelligatur de Elia, quem Elias unxit, ac designavit Prophetam post se, 3. Reg. 19. n. 13. tamen non incipit ab aliis intelligitur de Elia, ac etiam aliis filiis Prophetarum, quos Elias creavit ad defensionem fidei contra Baalitas, ut patet ex admonitione ipsius Elia ad filios prophetarum apud Salianum supra citatum.

Magni, ac praclarissimi Prophetae extiterunt in populo, ac David, Ihuas, Jeremias, Ezechiel, Daniel, & alii, nullos tamen constituit successores post se, nisi unus Elias. Pater Clavius, explicans Sphaeram Joannis de Sacro Bosco, ait: Recte Solem luminare majus dici, quia non tantum suum splendorem continet in corpore suo, sed etiam in Lunam, Stellas, ac Planetas in totum Orbem diffundit. Optimo ergo jure Elias Sol interpretatur: nam instar illius, splendorem suae virtutis, sanctitatis, ac spiritus, & zeli, non tantum in se continuit, sed etiam diffudit per Stellas, ac Planetas, per Eliseum, ac filios Prophetarum ac totum mundum: ad hoc enim eos destinavit Elias, sicut ipse ait in exhortatione ad filios Prophetarum apud Salian, anno Mundi 3139. n. 5. Filii Salianus mei longe charissimi, quos Deus ad gloriam sui nominis convocavit, ut per dies nobisque laudes ejus decantatis, ut a communi via iniquitatis abhorretis, & in eam mecum incumberetis vitam, ut corda filiorum converteremus ad Patres, qui Domino Deo Israel corde perfecto servierunt, ut fratres nostros quos idolorum servitus miserè demeravit a sacrilegis vitulis abduceremus, & post pauca subdit: Qui multos erudunt ad justitiam

justitiam in perpetuum, tanquam stelle fulgebunt in perpetua aeternitate.

40.

4. Reg. 2.

Honuphr.

41.

2. Donum.

42.

Dorotheus.

D. Gregor. Nyssenus.

Cassian.

D. Achan.

D. Macar.

In d tam praclarus, ac eximius servus Dei erat Elias, tanque fervidus zelator honoris divini, tamque sublimis, ac maxima virtutis, ut dona Spiritus sancti sibi data, meruerit discipulo Elia impetrari, ait Elias ad Eliseum: Postula quod vis ut faciam tibi antiquam tollar a te, 4. Reg. 2. n. 9. Tunc ait Elia: Obsecro ut fiat in me duplex Spiritus tuus. Et illi Elias rem difficilem postulasti attamen si videris me, quando tollar a te, erit tibi, quod petisti. Ad tam magnam, & sublimem rem obtinendam, meritum consistebat, quod viderit Eliam abeuntem in caelum. Tam magnus, ac magnificus Pater, Doctor, ac magister omnium virtutum erat Elias, ut desideria, lacrymae, gemitus, & suspiria ex illius discipulo, in discipulo inservirent, ut tam sublimi spiritu nobilitaretur, ac condecoraretur, quod maxime Eliae virtuti tribuit, S. Honuphris, de quo in Martyrologio Romano die 11. Junii in libro, cui titulus est vita Patrum, sic, ait Honuphris: Profeculo vitam Beati Patris nostri Eliae venerabiles fratres meos audivi frequenter laudare, qui se in Eremo, in tanta abstinence & oratione studuit, ac afflixerit, ut maximam virtutem a Deo meruisset accipere, & igneo curru transvectus, Spiritus sancti dona, quae habuerat, discipulo impetrari, & adhuc longevus senior mortis poenam non videre. Expende illud, maximam virtutem meruisset accipere.

Duodecimum Elia donum, seu prerogativa; Elias Monachorum princeps, ac vita Monachorum ductor; hancque vitam imitavit, cum esset in Torrente Carith, ibique ad eum multi convenissent, & postea regressus a monte Horeb latius stabilivit in monte Carmelo Galgalis Berhel, ut communiter tradunt Auctores, de quo Resolutione sequenti dicam.

Quod vero Elia hanc vitam ab hominum commercio separatam primus instituerit, docent Patres. D. Dorotheus in Synopsi Prophetarum, de Elia loquens ait: Hic primus ex hominibus est, qui hominibus cursum ad caelum submonstravit, qui primus ex hominibus unam Angelorum, & hominum vitam ostendit. Divus Gregorius Nyssenus in Oratione pro commendandis laudibus fratris sui Basilii, ait: An etiam audebimus ad sublimem Eliam sermone ascendere, & ostendere nostrum Doctorum suae vitae instituto illius gratia assimilari. Cassianus antiquissimus Pater coevus cum D. Augustinus lib. 1. de Instit. cap. 2. loquens de Monachis sic ait: Hoc enim habitu etiam illos ambulasse, qui veteri Testamento hujus professionis fundavere primordia, Eliam scilicet, & Eliseum Divinarum Scripturarum auctoritate demonstratur. D. Achanasius in vita Sancti Antonii, cap. 7. ait: Sanctus Antonius reputans oportere Dei famulum ex instituto Magni Eliae exemplum capere, & ad illud speculum vitam suam debere componere. S. Macarius Magni Antonii discipulus in sermone ad Monachos, qui incipit Fratres charissimi, ait Eliam, & Eliseum, ac filios Prophetarum, quos constat veraciter Veteris Testamenti Monachos imitari curare. Et itatim infra, Quorum exempla Fratres charissimi, in Ordine Monastico, quem sectari coepistis, debetis sol-

Sylveira Opuscula.

licite curare, ut ab eorum vestigio tramine, id est, Monastica vita nullatenus recedatis. Hos sectantur Paulus, & Antonius, & multi hujus propositi sectatores. D. Cyrillus lib. ad Eusebium, D. Cyrill. ait: Verum tamen probatissimi Monachi nostra Religionis permanserunt sub disciplina Monastica vita per Eliam Prophetam instituta. D. Bern. D. Bern. D. Bernardus in expositione Regula Sancti Benedicti, cap. 1. ait: Attende bene, quod in Veteri Testamento Elias, & Elia; in novo vero Sanctus Joannes Baptista; postea tandem tempore Apostolorum horum Monachorum ipsi inventores extiterunt. Sanct. Mangarius sermone ad Monachos, ait: duos viros magnificos exordium Monastici Ordinis protulisse credimus; unus igneis equis in caelos raptus legitur, alter vero prophetaesse, antequam natus sit. Primus Elias pater noster extitit. Alter vero Sanctus Joannes Baptista. D. Hieronymus in D. Hieron. Epistola ad Paulinum, & ait: Ut ad Scripturatum, auctoritatem redeam, noster Princeps Elias, noster Elia; nostri duces filii Prophetarum, qui habitabant in agris, & solitudinibus, & faciebant sibi tabernacula, juxta fluenta Jordanis. Divus Isidorus Hispalensis lib. 2. D. Isidor. de Offi. cap. 15. ait: Quantum inquam, ait; ad auctoritatem veterum Scripturarum hujus propositi Principes Elias, & discipulus ejus Elia; fuerunt, sicut alii Prophetae, qui habitabant in solitudine, urbibusque relictis, faciebant sibi casulas prope fluentia Jordanis Cardinalis Petrus Damianus Ordinis Divi Benedicti, tom. 3. Opusculorum de origine vita Monastica, cap. 2. ait: Hujus vitae normam, ut anteriora praeserem Elia; cepit, Elia; vero aucto discipulorum Collegio dilatavit, & lib. 3. in Cantic. cap. 3. loquens de Elia, ait: Hoc dixit, & fecit ille primus Auctor, & Institutor eorum, qui dicti sunt filii Prophetarum, quos fuisse Monachos in veteri Testamento, consentit auctoritas Patrum Venerabilium Joannes Patriarcha Hierosolymitanus de institut. Monach. cap. 1. ait: Hic Propheta Dei Elias Monachorum Princeps primus extitit, a quo sancta primeva institutio exordium sumpsit. Joachimus Abbas in c. 6. Apocal. Designatur autem per Eliam, sicut per solem Ordo Monasticus. Trithemius de Trithem. Ortu, & laudibus Carmel. c. 3. ait: Monastici propositi Princeps fuit Elias & discipuli ejus Haltenis disquisit. Monastica, lib. 1. tract. 11. Haltenf. Cardinalis Bellarminus tom. 1. controvers. de Bellarm. Monachis: c. 5. Idem docent adducta auctoritate D. Hieron. & alij multi Patres, ac Doctores, tam antiqui quam moderni, quos referunt Thom. Aquin. in discept. Hist. Theol. de Patriar. Thomas. chana Elia, p. 3. sect. 4. Lezana tom. 1. Annalium. Lezana. Apparatu 5. Sapientiss. Magist. Francisc. Bonae Spei, de concept. disp. 3. n. 116. & per sequentes. Spei. Tertium decimum Elia donum, seu prerogativa.

Quod curru igneo raptus sit in caelum, ut 13. Donum. referat 4. Reg. 2. n. 11. Cum Elias, & Elia; 4. Reg. 2. pergerent, Ecce curru igneus, & equi ignei dividerunt utrumque: & ascendit Elia per turbine in caelum. Ecclesiast. 48. num. 9. ha. Ecclesi. 48. bec: Qui receptus est in turbine ignis, Septuaginta: Et assumptus est Elias in commotione usque ad caelum. Variablis. Qui procella ignea sublatu sit in curru equorum ardentium. Variablis. Malu. apud Bibliam maximam, Et ascendit Biblia. Pp 2 in